Annon in ipso oculo, varia retinae structura et onditione, sufficientem illius rei rationem inveniaus? Praeterquam, quod centri incitatio aequabiius in omnem retinae vitam agit, aequabilioremque inium incitationem invenit, ut affectio ipsa in se onformior fiat, organicae conditiones adesse non identur. Choroidea enim, si aliquid conferat, po-

ıs tamen retinae conditioni jam datae subjecta est. igro pigmento in peripheria ditior, retinae actio- magis passivae adjumento quidem est, verum et perpondium aliquod sibi vindicat. Scintillae ita- ıe et colorata puncta, congestione ad caput facta, latere plerumque oculo obversantur. Annon ma- la centralis momenti alicujus sit, discernere non sim.

20. Experimentum Mariotti. (*Haller l. c. V.* 470.) uobus signis haud ita magnis supra quemlibet ndum descriptis, cum, altero oculo clauso, altero gnum lateris oppositi inspicis; initio quidem am- in visione constant, in distantia autem a fundo, ıater circiter eam signorum superante, illud ejus- m lateris subito evanescit, fundique colore indu- ur. Signa in eadem altitudine proponuntur. Sur- m autem deorsumve oculo verso, alterum signum, od evanuerat, observamus non statim quidem ite- m apparens, prius tamen oculo deorsum vergente. ıo efficitur, memorabilem hunc retinae locum, ab i oculi introrsum situm, regionem etiam paullu- m superiorem occupare. Eadem utrique oculo t conditio, ut, cum mutua vice alterum oculum udas, alterumque signum figas, alterum semper anescat. Oblique autem visenti punctum aliquod gno inferius inspiciatur, quum musculus obliquus ferior oculi axem, illius retinae loci respectu, etol- , et v. v. Constantissimum itaque esse locum, nervi optici, sursum aliquantulum vergentis, in lbum insertioni respondere, omnia docent. Ca- e ad unam quamlibet partem moto, aut puncto, signo magis minusve distante, inspecto, hoc si- um iterum apparet. in remotius punctum oculo njecto, margo oppositus externus, ad interius, in- nus primum prosilit, quum isti tum radii primi inae hunc locum excedant.

Cujusmodi igitur sit optici in bulbum intrantis nditio, quaestum est. Insensibilem plerique hic e retinam docuerunt, ideoque ab externo non af- . Troxler autem (*Himly ophth. Bibl. III. p.* 4.)

contra monuit, non nigrum apparere locum evanescentem, sed fundi colore induci, idemque fieri si nigrum esset signum supra fundum coloratum clariorem, ut sensatio ergo, quae antea deesset tum restitueretur. Dein lumine ante locum posito splendorem aliquem lucidum videri. Verum nec lumen distinguimus, sed tota ista regio splendore pollet, neque splendorem alicubi majorem et nucleo praeditum observamus, sed inanior ille potius in medio videtur. atque palpebras conniventes radios quidem videmus, verum non locum ex quo exeunt. Constat itaque, externam affectionem juste non percipi, quamquam neque sensationis defectus in conscientia concipitur. — Quod quidem accidit, singulis retinae partibus paralyticis. — Qua conditione innitatur, non constat. Troxler choroideam hoc loco deficientem accusat (*Organ. Physik pag.* 56.). At quae etiam inter choroideam sit et retinam ratio, ea vis illi adscribi non potest, quum maxima sensibilitas eo efficeretur. Ipsum potius nervum opticum accusarem, ea structura nondum indutum, quae ad functionem sensiferam requiratur. In fila quidem jam dispertitus, post transitum demum in propagines suos, retinam abiens, ipse, eo loco ejus structura nondum gaudet, neque fines, quibus solis munus est percipiendi, aequiparat.

Quo fit autem, ut aliquam tamen sensationem eamque fundi, eo loco habeamus? Quae Haller (V. 470.) profert, sensationem sive incitationem a partibus affinibus ad continuatum nervum opticum propagari, minus sunt probabilia. Etenim nimia incitationis diffusio, quae nec partibus maxime sensibilibus est, statuenda foret. A sensationis autem ad sensorium commune propagatione hoc derivaturus, primum explicare deberet, cur hic solum ea migratio perciperetur, neque omnes sensationes ubique in retina perturbarentur, aut saltem, cur affines solum sentirentur, neque omnes eo loco commiscerentur. At nervus, depositis jam involucris, suo modo cum conscientia actuosus fieri incipit, externorum

espectu adhuc indifferens et immobilis. Cetera-um vero partium sensatione, quae ipsa etiam omni orma locali caret, intercedente, loci spatio vis no-tra intuendi omnia describit. Indifferentiam au-em, quae a negativa sensatione — sive activitatis eficientis et suppressae sensu (7) — longe distat, on comprehendit, neque tamen ejus conscii nobis sse possumus. Qua re in ea functione, quae ap-rehensa in unum comprehendit et circumscribit, atio per se indifferens absorbeatur quasi et se eperdat necesse est. Cui, hypotheticae quidem xplicationi, optime convenire videtur, ea, quae bidem vere sentiantur, haud ita clare conscientiae bversari, neque dici posse; sed sensatio quasi ina-is [1]) est, in affectionem universalem sese deper-ens — ita praesertim lumine loco proposito. — ari ratione incerti sumus, quo loco intuitus exter-is finibus circumscribatur. Sensatio enim, indiffe-entior sensim, denique nulla est.

21. Ceterum omnes retinae partes, centrali ex-epta, pro nostro arbitrio externa non percipiunt. Oculis enim attento animo in signum aliquod diutius onjectis, objectus supra eundem fundum, alias atque lias colorati, sensim ex sensatione abeunt. Quae in oc — cujus Troxler (*ophth. Bibl. l. c. p.* 31.) primus nentionem injecit — experimento instituendo plu-ies et constanter observavi, sequantur. - a - Ob-ectus juxta siti affectio plus minus semper evane-cit, atque sensatio specialis, objectibus primum ca-igine indifferente inducta, affectione fundi, supra uem apparet, universali deperditur, quae autem psa jamjam inanior minusque clara esse videtur. Sensim autem e conscientia abit sensatio, a margi-ne objectus ad centrum versus. - b - Uno sive utroque oculo punctum percellas, idem accidit, celerius, cum

1) Inanem dico, quod proprie neque certae alicujus ensationis, maxima etiam attentionis vi adhibita, neque de-cientis et suppressae conscii simus.

uno, facilius et certius cum utroque fit, quum alter alterum tum fulciat confirmetque, - c - Objectus majores, quam qui evanescere possent, obscuriores tamen et diffusi fiunt. - d - Ita et lucidiores — vegetius rubri e. gr. — vel difficilius abeunt, vel fundi caligine vacillante et pellucente inducuntur. Optime contra sensatio negativa — nigri non splendentis — interit. - e - Quo remotius a centro retinam afficiunt, eo facilius priusque evanescunt, ut, si plures habes objectus, ii a remotioribus inde abeant. - f. - Facilius etiam transversarii quam perpendicularii, et illorum facillime ii, qui latus internum offendunt. Inter inferiores et superiores discrimen tam constans non inveni - g - Objectibus compluribus, iisdemque lucidioris coloris, eadem serie depictis, oculisque, simulac ii evanuerant, celerrime clausis, debiliorem impressionem remanentem, primum lucidam, dein obscuram pluries mihi visus sum sentire. - h - Minimus oculi motus, unica quamvis celerrima palpebrarum nictitatio, imo attentio ad objectum inspectum minor, eodem etiam momento sensationes in conscientiam revocant. — Quibus omnibus collatis, caussa psychica adesse videtur. Nervus indifferentiam ad externa solum mentitur. Impressionis enim remanentis vestigia, retinae vitam organico-psychicam, quamquam diminutam, perdurare tamen, probant, sensationes autem conscientia non concipi, ex eaque elabi. Repraesentationum itaque, quae obscurae audiunt, instar habendae sunt. Omnis autem conditio vi, quae animae inest, abstrahendi nititur; qua quidem anima arbitraria certas affectiones e conscientia rejicit, ut, quibus velit, eas attentione eo melius percipiat, magisque confirmet. Quum intuitus autem, praeprimis qui oculo fiunt, latitudinis alicujus esse debeant, neque anima ab omni affectione perfecte abstrahi possit, partes affines sensationem semper aliquam gignunt, obscuram autem et inaniorem. (a et e) Ad centrum versus retina actuosior etiam est, et clariore conscientia praedita. Partes vero periphericae, per se jam magis indifferentes, eaeque clarae et distinctae sensationi minus

ıtae, eo minus sensationem conscientiae distinc-
m tradunt (e-f quum omne latus interius in-
fferentius esse videatur-) Objectus autem majoris
s (a-c) nimis afficiunt, quam quos conscientia
emittere posset. Hanc oculi vim abstrahendi uti-
ssimam esse maximeque necessariam, ne omnes
nsationes et intuitus confluant et confundantur,
atet. In quovis itaque oculi usu, attentiore prae-
rtim, praestantia haec agit; quod quotidie, libro
gendo et q. s. pl., sexcenties observandum.

### *De retinae ratione morbosa in universum.*

22. Major mobilitas organica et impedit, quo-
inus organicus actus atque psychicus possint con-
rucre, et turbulentiores sensationes organique ip-
us affecti sensum suscitat. Majorem tum sensibi-
tatem eamque morbosam adesse dicunt. Organi-
ae vero vitae facilioris imperfectiorisque esse so-
t vitium: alias enim noctu deberent visum ha-
ère acutissimum. Ex minore autem capacitate, or-
anique sensu fluunt phaenomena photophobiae,
ensationis obcoecantis, colorum confusiones, fines-
ue affectionum non circumscripti. inde in febre
ım singulo quoque pulsu lucidiora omnia visa es-
, observarunt. Incitatiore enim vita et floridiore
ngulae impressiones quoque momento denuo agunt
que stipantur, ut nulla tamen sensatio ad maturi-
tem perducatur. Qua re accidit, ut obscuriores
uidem colores distinguantur, summus autem puri-
tis colorum gradus (4) non percipiatur, sed ru-
ro, cujus natura est minus specialis, albove fulgen-
permisceantur et obruantur. Hinc itaque non-
ıllis debilioribus, mane expergiscentibus, rubro
nnia tincta videntur. hinc lux splendida - nivis -
ıbri coloris sensationem dolorificam, id est, actio-
em turbidam organique affecti sensum efficit. hinc
ırii colores, irritabilioribus facillime advolantes.
nc scintillae denique, hoc statu in amaurosin
ompletam transeunte, quod organica vita proprie-

tatem suam amiserit, at lumine aliquamdiu adhuc imperfectius moveatur. Morbus autem modo totius systematis nervosi — hysteria v. gr. — modo localis solum affectio reperitur. Inflammatio, partium exteriorum ipsa, ita retinae vitam jam mutat. Consensum aliquem et organi unitatem minus, quam celeriorem accusarem in retina etiam materiae vicissitudinem. Similis junioribus, at non morbosus status. Choroideae saepe est actio minor; talis infantum, graduque majore leucaethiopum ratio. Ita nyctalopia, quae momentanea saepe in ebriosis observata fuit. (*Haller l. c. Reil de st. n.*), ubi certe congestio non una aderat, sed status fortasse relaxatus. Ita varii metu trementibus, pudore timidi aliisque colores, ex externa vel minima saepe caussa agente.

b. Contrarium vitium imminutae sensibilitatis audit, acie una atque subtilitate visus decrescente. Impeditae adest sensationis praesagiens conscientia, et amaurosi incipiente, photorexia aliqua et caliginis nebulosae visioni obstantis sensus. Organi autem subest immobilitas, ex organicae vitae ad minorem gradum redactae debilitate et depressione. Ita in senibus, cachecticis, moestitia depressis. Deinde, initio saltem ex systemate sanguifero superpondium sibi vindicante, reproductionem quidem, at non speciali functioni aptam modificationem adjuvante, potest id fieri.

23. c. Quaecunque occurrant sensationum alienationes, ex mutata sensibilitatis et organicae vis ratione gignuntur. Qui ab amaurosi convaluerunt, iis nigrum colorem, rubrum visum esse, Troxler perhibet (*ophth. Bibl. l. c.*). Lumen enim nigro semper etiam admixtum, clari instar erat. Nigrum autem ipsum modificationem sensus eam, quae omnium minime specialis et peculiaris est (4) producebat. Nullum omnino colorem purum sentimus; ceterum itaque lumen, quod nobis non distinguitur, iis, quibus organum irritabilius est, varias valet sensationes suscitare.

d. Quae exstant exempla hominum aut unum
rumve colorem non discernentium, aut album et
rum solum, et omnem colorem pro glauco, sen-
tium, imperfectiorem solum conformationem de-
nstrant, qua quidem luminis vis et gradus, non
o autem et modus cognoscantur. Sentiunt illi
dium tantum, neque id, quod eo geratur (4) (*Phi-
ph. transact. LVII. LVIII. Göthe l. c.*) Ipse du-
novi homines, quorum alter, violaceum et ru-
m colorem aegerrime discerneret, et caeruleum
oris levioris haberet, alter autem id quidem co-
sceret, alterutrum autem singulum, cujus colo-
et, non sciret. Mirum sane, a plerisque colo-
caeruleum non satis distingui, quem maximae
prietatis, minoris autem lucis esse vidimus. Om-
autem omnes prorsus colores confusos etiam
usque distinctos vidisse, satis verisimile mihi
videtur.

## *De lucis sensatione sine lumine*

24. Retinae vitam sensiferam, ob naturam psy-
cam necesse est, semper eamque actuosam per-
are, ita, ut continuus adsit actus sensificus, cu-
quidem effectuum non conscii sumus. [1]) Quan-
autem processus ille principio caussali externo
itur, flectitur atque moderatur, tum demum cer-
conscientia suscitatur. Quae tamen non lumine
per, sed alia etiam via saepe elicitur.

a. Caussa notissima mechanica est. Bulbo haud
is presso, a parte opposita circulus, aut com-
ssioni omnino similis figura lucidior apparet,
tio scintillarum perceptionem efficit. Simile
l ex cerebro presso Parisiis observatum fuit.
*Roche Zerglied. d. Nervensyst. T. II. p. 3.*)

b. Haud valde vasorum actio distare videtur.
evis enim systematis vosorum irritatio, si ad

---

1) Eo autem niti videntur imaginationes.

oculi usque vasa pertinuit, phantasmata similia prol[illegible] cit. An retinae sint vasa, choroideaene, an utriu[illegible] que, varium est. Colores autem ita oriuntur pler[illegible] que incerti, scintillaeque hypochondriacis obvolitan[illegible] tes. ipsae fortasse scintillae, quae, nive splendent[illegible] occurrunt, ex tali retinae mutatione et irritation[illegible] vitae ejus organicae interna ortum ducunt. sine du[illegible] bio autem scintillae in vehementiore sternutation[illegible] vomitu; eaeque et varii colores in vertigine, si no[illegible] lumen externum retinae sensibilioris turbas facia[illegible] dein imminente apoplexia; nec non aura epilepti[illegible] ista, quando aegrotus brevi ante impetum igni [illegible] circumdatum putat. Eodem etiam modo gumma[illegible] ferulacea post usum continuum scintillas excitare[illegible]

Quo retinae loco, primo maxime casu, sensati[illegible] peragatur, an ipso affecto, oppositone? Troxl[illegible] (*ophth. Bibl. l. c.*) huic alteri opinioni favet, hum[illegible] ri vitreo sensationis excitationem tribuens; quu[illegible] ille tamen, luminis solius translator, talis non pos sit momenti in oculi vita organica esse. Ne que quid, oculi camera anteriore pressa, sentitur atque ipsa phantasmata ita apparent, ac si lumen non a latere opposito veniret, sed per pupillam in oculum incideret [3]) (*Young Gren's Journal VIII.* p 427.) Intuitum, ex incertis his sensationibus produc tum, extra se, at loci spatio incerto, anima describit

Licet, qua via sensationes perficiantur, nondum satis in aprico sit, extrinsecus tamen eas non veni re patet. Neque enim hujus lucis ope extra nos aliquid intuemur, neque externae res illuminantur Quod ubi tamen accidere videbatur, auctam sensi bilitatem in caussa fuisse, constat. Sensationes au tem mere subjectivas mechanica fibrarum commotio non explicat. Actus vitalis sensiferus, congestione in vasa facta, ita fortasse irritatur, atque augetur ut ejus ipsius conscientia suscitetur. Pressione au

tem

1) Quo retinae insitam esse cujusvis sensationis directionis conscientiam sequitur.

actio loci ipsius pressi inhibetur, in circuitu gestio irritatioque major efficitur; quare circulucidus subflavescens orbitam circumdat obscurem, cujus sensatio est negativa. Ex simili fonhrupsia hystericarum flueret, quippe quarum ematis nervosi actus vitalis irritatior atque coethesis tam aucta existit. nec non colores, quos igine laborantes vident. omnis denique chrupsia externo lumine, ex aucta coenaesthesi. Vita orum sensifera subito suppressa aut interrupta, ans jam sensatio et cohibita in conscientia conur, ut eo magis vita, interdum denuo, at mota solum prosiliens, percipiatur. Lypothymicooculis obrutam intelligo caliginem fulguribus ineptam. Idem terrore conquassatis, quo vita nervosubito aliquamdiu sistit, saepe contingit. Quo s enim externa comprehenduntur sensationibus, nagis mutationes sentiuntur internae [1])

c. Ultimum denique Galvanismus lucem oculo at, oculo ipso aut partibus cum nervis ciliaricohaerentibus armatis. Magnum omnino cons utriusque systematis nervosi in oculo occurs, et vitae functionisque unitatis documentum. re certe vi systema ciliare esset, ac vulgo ur. Annon vero nonnunquam choroidea poafficiatur, ejusque vita irritatior ita influat, ut es a retina sentiantur? Quaenam autem sit nismi ad vitam nervorum ratio, cujusmodi anainter utrumque, quum ignoretur, neque utriuspoli actio peculiaris, satis explicari posset. n hydrogenicum negativam modo sensatioex vitae suppressione facere, haud verisimile ur, quum niger tum potius color deberet quam pparere.

---

Atqui in lypothymia primum externa amplius non tur, integro et aucto sensu corporis, deinde hic inteque demum conscientia omnis amittitur, quae, cum aption, omniaque eodem ordine redeunt.

## V. De intuitus nonnullis rationibus.

25. Quae visioni, ut intuitui, primigenia et pr pria habenda sunt, ea vel organi affectione vel se satione aperte dari oportet. Pro diverso itaque lore, luminis umbraeque gradu et habitu, quae o nia sentiuntur, diversitates etiam intuitus infini exhibentur.

Objectus extra nos intuemur. Quod quid aeque indistincte et indefinite primum factum e infantibusque neonatis fieri videtur, ac si reti ipsius irritatione lux eliciatur. Memorandum tem, nulli sensui tam perfectam esse ab organo que anima sentiente objectus separationem, n tam distinctam objectus — ne rei quidem dico oppositionem, qua ad clarissimum sensum perfec simumque intuitus modum etollatur visus.

Circumscriptionem duarum dimensionum, sive figuram, intuitui, qui visu fit, esse genuina ipsaque organi affectione produci, vidimus (8). Ej modi haec est ratio, ut, quamquam singuli rad rum coni accuratissime non colligantur in foc — quod fit oculo distantiae non plane accommo to —, visio tamen distincta sit, dummodo medii dii vim habeant sufficientem. Conscientia enim validiorem affectionem intensa, radios laterales n percipit, qui picturam paullulum diffundentem re dunt, retinamque pro ratione minus movent. (p tim ex 16, p. ex 20.)

Nullius licet in organi affectione momenti ex quo loco et qua distantia lumen exeat, pro s tamen rei et via, qua organum afficitur, sensatio intuitus variant. Singulae ergo cujusque partis rationem et situm affectione et intuitu repraesent necesse est, ut ad totius figurae intuitum et repr

---

1) Quadratum rubrum vel coloris vegetioris diutius spectum, in crucem denique transit (*Buffon l. c.*), ut ta quam ambarum dimensionum forma, ex qua figura constr tur, oculo fatigato omniaque demittenti adhuc supersit.

ntationem intuendam perveniamus. Ita autem con-
tutum est organum, ut minima quaeque retinae par-
ula superior a parte inferiore, dextra a sinistra
ceque versa solum possit affici. In sensatione
que, ortoque intuitu, directionis huic affectioni
pondentis conscii sumus. In experimento Mari-
i, apparente iterum objectu, a quo latere id fiat,
tim sentimus. Nova autem et alia non desidera-
: explicatio, quod inferior aliqua retinae pars su-
iora tantum sentiat, eaque pro superioribus eti-
intueatur. Nam cur singulis retinae partibus,
: toti denique retinae esset intuendi facultas, ta-
que esset, ut, quae organi affectione sensationem
citent, ea sub figurae forma intueatur, tum eti-
foret quaerendum. Qui igitur incomprehensum
quid ei inesse putant, quod recta omnia videa-
s, icuncula in retina objectuum ratione, inversa,
quum affectionem sentiri et organi partem affec-
intuitu percipi statuisse videantur, aliam quae-
onem necesse est adjunxissent, curne omnia cur-
a etiam appareant. Situm praeterea figurae pro
ntis notione habuisse videntur, quum figura, vi-
genuina, situs eam notionem jam ipsa contineat.
praesentatio autem objectus, sensualis facultatis
endi est effectus. Ea itaque rationem etiam
tinet, cur figura ejusque situs certo sint modo
stituta. Qui a primis annis cataracta laborarant,
mo statim post operationem momento, situm ob-
tus, ad corporis situm relatum, absque omni com-
atione discernere sciverunt. *(Janin Ub. d. Auge*
. 267.) Neque ad consuetudinem tactu edoctam,
que ad oculi usum motionemque, ad inferiora su-
iorave inspicienda, diversam confugiamus, ut
nmentaticium hoc problema enucleemus. Sed
inam ex sua vi intuendi primigenia, radiorum
tire directionem, pro certo habeo. Principii enim
sationum externi, tamquam extrinsecus venientis
nobis conscios fieri exinde patet, quod ea est sen-
ionum sensus externi proprietas. In quavis au-
visione cujusque vel minimi dicerem luminis

viam percipimus, quemadmodum in experimento M riotti perclarum est, luculentius etiam hoc fit ex perimento. Charta enim non pellucida ante oc lum ducta, per unicum eumque parvulum in ea pe foratum foramen, liberum coelum inspicias. Int chartam dein et oculum acus capitata interposit rectam in cornea et abhinc in retina umbram d pingat necesse est, ut, si caput a dextra stat, ej umbra etiam retinae dextram feriat. Nam acus ip sa luminis nihil in retinam mittens, cohibet solu lumen, quo aequabili retinae fundus movetur. L mine autem per unicum foramen penetrante, reti finium et unius alteriusque lateris nullam distincti nem habet. Attamen ex umbrae sensatione intu tum sibi informat, quo acus caput ad sinistrum re fertur, quum luminis radios, umbrae capitis fin pungentes pro inde venientibus, sensationemque c pitis pro ibidem inhibita habeat. Ibidem itaque luminis circumscriptionem intuetur. Inversa ergo ap paret acus, dum umbrae ejus conscii sumus. Quo fieri non posset, si retinae parti affectae aut non affecta intuitus latus proprie responderet atque convenire

26. Praeter haecce visus intuitui genuina, ali non intuemur, sed mente vario modo dijudicamus Motum ita, ex mutatae praecipue directionis sens et conscientia, ita et magnitudinem et distantian ex variis rationibus. Tactus praeprimis nos docet judiciaque adjuvat, maxime vero formam, quatenu dimensio tertia accedit, explorat. Visus enim cer tissime dat figuram, ipsique formae eam tribuit Nam corpus aliquod construentes nobisque reprae sentantes, visu, non tactu id informant, hoc tertiar solum dimensionem adjiciente.

## *VI. De visu simplici atque duplici.*

27. Quaestionem, cur oculis duobus simple tamen sit visus, vel maxime agitatam, ita nonnul solvisse putant (*Troxler l. c.*), ut, ambos oculos, a eandem functionem unitos, unum tantum constitue

e organum contemplativum dicerent. Duo autem
iunt impulsus, duplex inde sensatio gignitur, du-
plicis actuositatis intuentis anima sibi est conscia,
c duplicem ideo intuitum producit. Si enim eun-
lem rei locum pluribus digitis posses tangere, plu-
ies etiam renixum intuereris. Atque, strabismo pa-
allelo naturali aut sponte effecto, cuique oculo can-
ela simili ita opposita, ut suum tantum possit ocu-
um ferire, ejusque feriat centrum, ambas candelas
t pro diversis intuentur. Ne mihi regeratur, ob-
ectum etiam esse duplicem. Affectio enim, utpote
d quam intuitus plene convenit, ex una utrique
culo, ex diversane re cuique singulo veniat, dum-
nodo sit simillima, non differt, neque in conscientia
istinguitur. Duas ipsas res, certa conditione, tam-
uam unum objectum intuemur (v. infra). Uni
ein oculo omnia videri duplicata, haud rare ob-
ervatur. Separatim igitur, statu primitivo constat
uno alteroque oculo animae intuitum tradi. Eo-
um autem explicatio, qui de unitate intuitus simil-
mi tactu nos doceri perhibent, eo refutatur, quod,
militudine non sublata, duae tamen candelae di-
inguantur. Atque multum interest, utrum rem
bjectus individuam habeamus, an unius solum in-
itus conscii simus. Qui dein in retinae partium
bi correspondentium affectione simillima caussam
osuerunt, eadem ratione atque visu in strabismo
aturali iterum simplici reddito reffelluntur. Struc-
ra etiam perpensa, latus retinae nasale temporali
terius oculi respondere, quisnam concederet? Ita-
e consuetudine fieri, ut, certis retinae partibus
utroque oculo una semper et simillimo modo af-
ctis, explorante tactu, unam eandemque rem
riusque objectus esse, edocti, unum etiam solum
tuitum habere putemus, opinio valde probabilis
erisque videbatur. Minime vero easdem semper
tinae partes una moveri, sed, pro rei distantia
uque ad latera verso, modo has, modo illas reti-
e partes correspondentes feriri, facilis delineatio
athematica nos docuit. Quam parvi omnino mo-

menti sit partium convenientium affectio; experimentum illud de duplici candela institutum ostendit. Retinae porro affectionem ita non percipimus, ut loca affecta in conscientia componere atque comparare, conclusionemque istam secretam inde efficere possimus. Qui enim vel minimae partis sensus distinctus nobis esset, affectione praesertim hic minus, quam alibi coarctata et percepta? Denique nulla intentione animae, nulla prorsus conditione duos diversosque intuitus restituere valemus. imo ne error quidem unquam accidit. Caussa itaque in modo potius, quo retinae ope ad intuitum pervenimus, quaerenda esse videtur. Intuitum enim duplicem gignimus, verum non duorum diversorum, sed pro uno duplicis conscii sumus. Nam intuitus certae alicujus speciei pro vario modo, quo sub forma communi temporis et spatii exsistunt, in conscientia componuntur atque distinguuntur, sive a varia conscientia excipiuntur comitanturque. Simillimi igitur intuitus, dum diverso adsunt tempore, aut alio loci spatio eorum objectus apparent, varia tamen conscientia excipiuntur, — id est, diversi sunt. Sin vero tempore et loco congruunt, jam non distinguuntur, sed dissimiles ipsi in unum permiscentur. Per vitra varie colorata perspiciens objectus colore medio aut uno alterove tinctos videt. Duo autem intuitus, qui ambobus oculis fiunt, ad tempus conveniunt. Quodsi ergo praeter directionem, distantiam etiam sentiremus, ut objectum certo loco descriptum intueremur, problema foret solutum. Mutationis cujusque oculi internae intercedente ope, objectus distantiam indirecte percipientes, sive diversitatem potius pro diversa distantia sentientes, huic sensui conformem locum intuitus objectui definimus. Quod si utroque oculo fit, ubi axium directiones coeunt, ibi habemus intuitum. Qua re duplex intuitus in uno eodemque conscientiae modo exceptus, unus solus redditur. Ipso eo sensu diversae distantiae, tamquam norma et finis oculo ponitur, quo, attente inspecto objectu, omnia,

uae intuemur; in idem fere planum, paullulum, si emotius est, distinctius cameratum referimus. Quod tra finem illum, non nimis remotum, videmus, ocu- cuique in hujus plani eo apparet loco, quem pro- ta directio ferit, duplicatum itaque et dextro ocu- a sinistro, sinistro a dextro latere visitur. Res ltra istum finem sitae, ubi visionis directio planum erforat, apparent, duplicatae etiam, cuique vero culo objectus a suo latere. Quae igitur in ipso plano sita sunt, simplicia tantum videntur.

Quae omnia, ut magis pateant, per duos tubos quales, in unum signum directos, perspicias. Ocu- in hunc objectum attente conjecti, simplicem eum; laxati autem, ac si remotiora essent inspecturi, erturas tuborum ambas easque decussatas et duo- is objectibus munitas; intensi denique, ut apertu- e distinctius appareant, utramque, et non transver- n sed juxta sitam, et in quaque objectum vident. ıbis circulo semipellucido, uno, flavo, altero, cae- leo; in medioque perforato clausis, primi casus jectus circulo subviridi circumdatur. Directio in c experimento, cum attentione aliqua et reiterate stituto, ne minime mutatur, sed pro sensu solum versae, quam oculus capit, distantiae, objectus ınes, et aperturae tuborum cum circulo eas clau- nte, et signum quod adspicitur in certo eodem- e loco ponuntur. Facilius experimentum idem cet. Per chartam duplici loco satis perforatam jectum — uno oculo per unum, altero per alte- n foramen — spectanti, objectus ipse quasi per icum foramen, a cujus utroque latere aliud fora- en, omnia autem in eodem objectus plano, tibi hibentur. Foramina enim ab uno alteroque oculo na visuntur, quum objectus distantiam quisque ulus sibi sumserit; dextri autem foraminis, quod xtri, sinistri quod sinistri oculi est, vera imago objectum congruunt. Simplex et unicum itaque betur. A latere in adspectu posita foramina, eo untur, quod quisque oculus oppositae partis fo-

ramen sentiens, directione propagata, in illud pla-num distantiae refert.

Jurini assertio, utroque oculo, parte unitat tredecima tertia tantum clarius, ac unico videri, e nostra sumtione sola optime explicatur. Etenim a fectio sensatioque aequales, si ab anima unitae i unas conjungerentur, sensationi et intuitui duplice deberent et vim et claritatem tribuere. Intuitu au tem ipso jam absoluto, et tum demum, quoniam i eodem loco apparent, in unum uniti, sensationi u pote qua de agitur, vim nequeunt impertire maj rem, sed locum solum certius definiunt, intuitu que eo augent claritatem.

28. Duplicem in strabismo visum priora exp cant. Oculo altero in rem aliquam conjecto, alt rius axe ab ea detorto, binae omnium rerum im gines, una et juxta et pone et supra alteram, a parent. Alterutra tantum eaque praecipue, qu oculo fixo respondet, ad summum clarae conscie tiae gradum etollitur. Ut primum in alterum m xime advertamus, novus instituitur oculi distor motus, quem alter, distortionis tamen ratione no mutata, sequi videtur. Utroque oculo vi extern — digito premente — distorto, neutra imago e clarissimae conscientiae gaudet praestantia. Subito absque alterius motu, distorto oculo clauso, alter fixe et rite objectum animadverti, certiores reddi-mur. Hoc sano clauso, in alium prorsus, ac puta-remus locum, eumque conscientiae ne minime ob-versantem, distortum oculum esse conjectum, perci-pimus. Inversa utriusque oculi ratio est, quand in imaginem proprie spuriam, oculis motis, animad-versum fuit. Ex hisce phaenomenis primum statim colligitur, cujus oculi axis centralis in objectum di-recta sit, ei esse imaginem in clarissimam conscien-tiam exceptam: res ex retinae partis centralis di-gnitate (19) necessaria. Visus itaque in strabismo duplicatus eo nititur, quod in objectum, qui, ab al-tero oculo attente inspectus, ejus axi centrali tan-gitur, alterius oculi axis non incidit. Ille, directio-

em sentiens, alterius oculi actione discrepante turatus, visionis distantiam, jam ex consuetudine huic agis accommodans, ibi sibi informat, ubi utriusque culi axes se invicem ex transverso persecant. Ex tentione autem, qua hanc imaginem summa conientiae vis et claritas concipit, alterius oculi affeco centralis et intuitus, in eundem fere locum indens — quum duo intuitus in eodem loci modo stare non possint — summa conscientia non illuinatur. Sed illum objectum, quem attentius aniadvertimus, altero etiam oculo in directione afctae parti retinae respondente, sentimus, in idemie planum referimus. Qua fit, ut in strabismo verso, unius oculi axi ad externa magis versa, [1] ulus imaginem sibi pertinentem latere opposito leat, quum exterior retinae pars feriatur; conninte autem strabismo contrarium accidat. Illic im pone objectum, in alterutrius oculi axi situm, ante eum axes transversarii sunt.

Similis conditio rerum intra aut extra conjuncnem axium sitarum, praeter quod in strabismo jectus ab unius oculi axi ipso feriatur et attente ectetur. Altero oculo alterius motum sequente, sicuti in oculis sanis, situs semper conformis , ratio axium in strabismo etiam, remotioribus pioribusve objectibus spectatis, immutata rema. Parti retinae centrali nova, non tam distincta idem et certa, alterius oculi regio respondet, nais in connivente, temporalis in strabismo diver-. Quum vero oculus non ad latus solum, sed, iquorum musculorum praecipua actione, oblique am et superne aut inferne sit distortus; imagisitu vario, superiore, inferiore et q. s. pl. utun-

1) Non ita vero sit strabismus diversus, ut axes ab antiparte propagatae, magis semper distent. Quod si esset, que oculus sua intueretur, aut ea oppositi lateris, sibi piora, ut distantia ei, quam alter sibi sumserit, conveniaut quemadmodum in animalibus verosimile est, nihil licatum videret.

tur. Atque ob distantiam plani visionis falsam eoque incertiorem, una quoque pone alteram, apparent.

29. Strabismo diutius perdurante visus duplex iterum abit. Longa consuetudine, centralis pars oculi abnormis praestantiam suam et distantias permetiendi vim amittit, lateralisque illa pars, usu diuturno, et intentione, centri virtutem ad partem sibi vindicat; aut potius alteri oculo magis obedit, ut imago spuria, non comitata porro a conscientia, nec animadvertatur. Quemadmodum, oculis etiam sanis, imagines laterales, vix ac ne vix quidem an duplices sint, simplicesne, dijudicantur.

30. Visus, qui uno oculo fit, duplicatus difficillime expeditur. Humorum corneaeque praesertim vitium, quo radiorum ad diversas partes refractio duplexque in retina icuncula oriantur, rarissime invenitur. Ex duplice autem pupilla oriri plane non posse, ex optice constat. Nervorum plerumque affectus cum aucta sensibilitate, et amaurosi incipiente, omnes auctores accusant. In hydrocephalo hominis viginti fere annorum, qui tremulas esse imagines dicebat, hoc phaenomenon ipse observavi. An fortasse retina ab magnam et passivam sensibilitatem verae directionis sensum amittat, et cuique affectioni varias incertas directiones suppeditet? an, non locus affectus solum, sed vicinus etiam affectionem sive communicatam sive ex luminis circulis dispersus acceptam, praeter eam, quae ipsi propria est, sentiat atque distinguat? an retina continuatam affectionem non sentiat, ut interrupti intuitus impressio remanens cum novo intuitu non commisceatur? an denique affectio cui maxima attentio est, ceteris etiam locis falso tribuatur?

# CURRICULUM VITAE
## AUCTORIS
## JOAN. CHRISTOPH. AUGUST. TIEMANN.

Quarto die mensis septembris anni milesimi
ptingentesimi nonagesimi quinti, Bielefeldae
uestphalorum natus, ab incunabulis inde libera-
us artibus institutus, ad decimum sextum, et
od excurrit, aetatis annum, gymnasium urbis
triae, rectore l. Ruhkopf, equidem frequentavi.
alis, inde ab anno 1811, per duos annos in ce-
berrimo Paedagogio regio, rectore perillustri
ncellario Niemeyer, praeceptorum doctissimorum
holis latinis graecis hebraicisque, et, cum cete-
humanioribus, tum maxime mathematicis phy-
isque attentus adfui. A theologia, cui primum
lebam, recentiorum doctorum discordia deterri-
s, in medicas artes converti animum. Post so-
nne examen scholasticum, academiae Halensis ci-
bus adscriptum, per tempus semestre aestivum
ni 1813 illustris Sprengel botanice, physicis
ctrinis ill. Kastner, osteologia ill. Meckel me
buit. Cum avunculo autem dilectissimo, Hoff-
uer, philosophiae professore, utilissima et ju-
ndissima simul mihi fuit consuetudo familiaris.
erum Hieronymi regis ultimum fere regni per-
ciosi tyrannicum decretum, quum, academicas
holas claudens, me, cum omnibus civibus aca-
miae, exulem Halis fecisset, ad aras Georgiae
ugustae Göttingam confugi: ibidemque ab Oc-
bri mense anni 1813 disciplinas colui, quas il-
stris T. Mayer de physice, ill. Stromeyer de
emia experimentali, zoochemia et phytochemia,
rissimus Hempel de anatomia demonstrativa
citer ac practica docendo atque examinando, ill.
ngenbeck de anatomia artibusque chirurgicis,
Haindorf de pharmacologia et materia medi-
ill. Blumenbach de physiologia et de anatomia

comparata, ill. Osiander de arte obstetricia theoretica et practica, ill. Schulze le anthropologia psychica, ill. Himly denique d doctrinis omnibus nosologicis et therapeuticis,nec non de ophthalmologia, tradere solent. – Bello iterum erumpente, de literariis hisce ccupationibus revocatus, signa Regis nostri clementissimi sum in Galliam secutus. Sub flexu ann 1815 e bello redux, anno sequenti Berolinum petii, seduloque in hac academia interfui illustrissimi Hufeland de morbis chronicis praelectionibus policlinicisque, ipso duce, exercitationibus, ne non clinicis in nosocomio Charitatis scholis, moderante perill. Horn, chirurgicis autem, duce peill. Graefe, ejusque de fracturis et luxationibus,de optice clarissimi Fischer, perill. Knape de medicina forensi, ill. Mursinnae de cursu operationum chirurgicarum praelectionibus, ill. denique Horkel disciplinis in anatomiam et physiologiam comparatam introducentibus, neque exercitationibus in anatomice practicis, in regio theatro aatomico, defui. Tentamen atque examen rigoroum ordinis medicorum Berolinensis quum sustinuerim, peracto jam cursu anatomico chirurgico, summos in medicina et chirurgia honores apud clarissimum hunc ordinem rite ambio. Qua re, ex decreto, hoc vitae meae curriculum perhibui.

## *THESES DEFENDENDAE.*

1. *Vulnus non est morbus.*
2. *Non morbi ipsius, sed ortus solum morbi datur caussa.*
3. *Sthenia atque asthenia per se corporis vitalis status morbosi non sunt.*
4. *Non est contagium materiale.*
5. *Calor et frigus, mador et siccitas sensu externo non percipiuntur.*
6. *Musculorum relaxatio non est negaivus actus et passivus.*
7. *Nullius rei homini est oblivio absoluta.*
8. *Inter somnum animae vires non silent.*
9. *Sensorium commune est nullum.*